

PP. VII. (1) Kal. Octobr. PIO et PONTIANO  
Conss. [238.]

5. *Impp.* DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et  
CC. ARTEMIDORO (2).—Licet adversus heredes  
ob non factum inventarium iusiurandum in actione  
tutelae praetermitti placuerit, iudicem tamen  
(3), velut ex (4) dolo tutoris (5), aliis indicibus  
instructum adversus eos ferre sententiam  
convenit.

S. VIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss.  
[294—305.]

### TIT. LIV

#### DE HEREDIBUS TUTORUM (6)

1. *Impp.* SEVERUS et ANTONINUS AA. FUSCIANO  
(7).—Heredes tutoris (8) ob negligentiam,  
quae non (9) latae culpa comparari possit, condemnari  
non oportet (10), si non contra tutorem lis  
inchoata est, neque ex damno pupilli lucrum captatum  
aut gratia (11) praestitum sit.

PP. VI. Id. Mart. LATERANO et RUFINO Conss.  
[197.]

2. *Imp.* ANTONINUS A. VALENTINO et MATERNO.—Pater  
vester tutor vel curator datus si se non excusavit,  
non ideo vos minus heredes eius tutela vel utili  
iudicio conveniri potestis, quod eum (12) tutelam  
seu curam non administrasse dicitis; nam etiam  
cessationis ratio reddenda est. Prius tamen propter  
actum suum eos conveniendos esse, qui administraverunt,  
saepe rescriptum est.

PP. XI. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. et BALBINO  
Conss. [213.]

3. *Idem* A. VITAE (13).—Adversus heredes quondam  
tutoris tui tutela actione consistit. In iudicium  
autem venit etiam id, quod tibi tutor ex causa  
fideiussionis debuit.

PP. IV. Non. Iul. ANTONINO A. IV. et BALBINO  
Conss. [213.]

4. *Imp.* ALEXANDER A. FRONTINO.—Heredes eorum,  
qui tutelam vel curam administraverunt, si quid  
ad eos ex re pupilli vel adulti pervenit, restituere  
coguntur; et (14) in eo etiam (15), quod tutor  
vel curator administrare debuit, nec admini-

Publicada á 7 de las Calendas de Octubre, bajo  
el consulado de Pio y de PONCIANO. [238.]

5. *Los Emperadores* DIOCLECIANO y MAXIMIANO,  
*Augustos y Césares,* á ARTEMIDORO.—Aunque  
está determinado que en la acción de tutela se  
preocinda del juramento contra los herederos por  
no haberse hecho el inventario, conviene, sin embargo,  
que el juez, convencido por otros indicios,  
pronuncie sentencia contra aquellos, como por dolo  
del tutor.

Sancionada en Nicomedia á 8 de las Calendas  
de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—  
305.]

### TITULO LIV

#### DE LOS HEREDEROS DE LOS TUTORES

1. *Los Emperadores* SEVERO y ANTONINO,  
*Augustos,* á FUSCIANO.—Los herederos del tutor  
no deben ser condenados por negligencia que no pueda  
compararse á culpa lata, si el litigio no se incoó  
contra el tutor, y si con perjuicio del pupilo no se  
captó, ó se concedió por favor, lucro.

Publicada á 6 de los Idus de Marzo, bajo el  
consulado de LATERANO y de RUFINO. [197.]

2. *El Emperador* ANTONINO,  
*Augusto,* á VALENTINO y á MATERNO.—Si nombrado  
vuestro padre tutor ó curador no se excusó, no porque  
decís que él no administró la tutela ó la curatela,  
dejáis vosotros, sus herederos, de poder ser demandados  
con la acción de tutela ó con la útil; porque también  
se ha de dar cuenta del abandono de la administración.  
Pero muchas veces se respondió por rescripto, que  
primeramente han de ser demandados por sus propios  
actos los que administraron.

Publicada á 11 de las Calendas de Marzo, bajo  
el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de  
BALBINO. [213.]

3. *El mismo Augusto* á VITA.—Comparece con  
la acción de tutela contra los herederos del que  
fué tu tutor. Mas en el juicio se comprenderá también  
lo que el tutor te debió por causa de fianza.

Publicada á 4 de las Nonas de Julio, bajo el  
cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de  
BALBINO. [213.]

4. *El Emperador* ALEJANDRÓ,  
*Augusto,* á FRONTINO.—Los herederos de los que  
administraron la tutela ó la curatela, si alguna cosa  
fué á su poder de los bienes del pupilo ó del adulto,  
son obligados á restituirla; y no se ha de dudar que  
deben ellos

(1) VI., el ms. Pist., que expresa el día, pero no los cónsules.

(2) Archimodoro, la mayor parte de los mms.

(3) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal. Cont. 62.; datum, añaden las ed. Schf. Russ. Cont. 66. y las demás.

(4) vel ex, el ms. Eg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.; pero ω; ἀπό δόλου τοῦ ἐπιτρόπου.

(5) Con error se pone vulgarmente punto y coma después de instructum, suprimiéndose la coma de tutoris, pues el sentido es sin duda este, que por el dolo del tutor el juez condena á sus herederos, pero, habiéndose omitido el juramento, cerciorado con otras pruebas. Y de la misma manera en la ley 2. de este título.

(6) Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Hal.: vel curatorum, añaden Russ. y los demás.

(7) Fusiano, algunos mms.

(8) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.; tutorum, las ed. Schf. Cont. 66. y las demás.

(9) non, opina Cuyacio, Obs. XIII. 89., y en otros pasajes, que

se debe suprimir, atendiendo á las Bas., que dicen: Τοὺς κληρονόμους τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ μεγάλης ἀμελείας οὐ προσήκει καταδικάζεσθαι; de cuya enmienda duda el mismo Cuyacio, Obs. XXI. 2. Y verdaderamente nada se debe alterar, porque el testimonio de las Bas. es dudoso á juzgar por el Schol. Bas., y porque ningún códice, que haya sido citado, suprime la negación.

(10) condemn. possunt, el ms. Gl., por evidente errata, enmendada después en el mismo códice.

(11) gratiae, el ms. Pl. 2., Hal. Russ. Cont. 62., pero contra muchos antiguos mms. de Russ., que dicen gratia, no gratia, como indica Sp. en la nota; gratis, Char. al margen; pero la lectura vulgar concuerda con los Schol. Bas.

(12) eam, el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.

(13) Avitae, algunos mms.

(14) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.; et, omiten las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(15) autem, los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Schf. Nbg.

stravit, rationem reddere eos debere (1), non est ambigendum.

PP. VIII. Kal. Novemb. ALEXANDRO A. III. et DIONE Cons. [229.]

## TIT. LV

## SI TUTOR (2) NON GESSERIT

1. *Imp.* ALEXANDER A. ZOTICO.—Certum est, non solum eos, qui gesserunt, sed etiam qui gerere debuerunt, tutelae (3) teneri etiam in ea, quae a contutoribus servari non potuerunt, si modo, quum (4) suspectos facere deberent, id officium omiserunt. Tu autem, etsi contra patronum tuum famosam actionem instituere non potuisti, providere tamen, ne quid tutelae deesset, necessariis postulationibus apud eum, cuius de ea re iurisdicatio fuit, potuisti.

PP. II. Id. Decembr. MAXIMO II. et AELIANO Cons. [223.]

2. *Idem A.* IUSTO.—Qui se non immiscuerunt tutelae vel curae, ex persona eorum, qui gesserunt et idonei sunt, non onerantur. Si qua vero sunt, quae, quum geri debuerint, omisa sunt, latae cul-pae ratio omnes aequaliter tenet.

PP. VIII. Kal. Mai. IULIANO II. et CRISPINO Cons. [224.]

## TIT. LVI

## DE USURIS PUPILLARIBUS

1. *Imp.* ANTONINUS A. PRAESENTINO (5).—Tutorem vel curatorem pecuniae, quam in usus suos convertit, legitimas usuras praestare debere, olim placuit.

PP. Non. Iun. (6) ANTONINO A. IV. et BALBINO Cons. [213.]

2. *Imp.* ALEXANDER A. AMPLIATO.—Eius, quod ex causa tutelae debetur, usuras praestari oportere, dubium non est, quamvis aliis pro participae muneris necessitas solutionis irrogetur, quia non id alias contingit, quam si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari (7) possit.

PP. XIII. Kal. Iul. IULIANO II. et CRISPINO Cons. [224.]

3. *Idem* (8) A. VITALIO.—Si pecuniam pupillarem neque idoneis hominibus (9) credere, neque

rendir cuenta también de lo que el tutor ó el curador debió administrar, y no administró.

Publicada á 8 de las Calendas de Noviembre, bajo el tercer consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de DION. [229.]

## TÍTULO LV

## DE SI EL TUTOR NO HUBIERE ADMINISTRADO

1. *El Emperador ALEJANDRO, Augusto, á ZOTICO.*—Es cierto, que no solamente los que administraron, sino también los que debieron administrar, están obligados por la acción de tutela aun por lo que no se pudo recuperar de los cotutores, si es que debiendo acusarlos como sospechosos, prescindieron de esta obligación. Pero tú, aunque no pudiste entablar una acción infamante contra tu patrono, pudiste, sin embargo, haciendo las necesarias peticiones á aquél á quien correspondió la jurisdicción sobre este asunto, proveer á que nada le faltase á la tutela.

Publicada á 2 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

2. *El mismo Augusto á JUSTO.*—Los que no se inmiscuyeron en la tutela ó en la curatela, no se obligan por la persona de los que administraron y son abonados. Mas si hay algo que habiendo debido hacerse se dejó de hacer, comprende igualmente á todos la razón de la culpa lata.

Publicada á 8 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de JULIANO y el de CRISPINO. [224.]

## TÍTULO LVI

## DE LOS INTERESES DEL DINERO DE LOS PUPILLOS

1. *El Emperador ANTONINO, Augusto, á PRAESENTINO.*—En otro tiempo se dispuso, que el tutor ó el curador debe pagar los intereses legales del dinero que aplicó á sus propios usos.

Publicada las Nonas de Junio, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

2. *El Emperador ALEJANDRO, Augusto, á AMPLIATO.*—No es dudoso que deben pagarse intereses de lo que se debe por causa de la tutela, aunque se les imponga á otros la necesidad del pago por su participación en el cargo, porque esto no sucede de otro modo sino si se pudiera imputar la omisión del cotutor en acusar de sospechoso.

Publicada á 13 de las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado de JULIANO y el de CRISPINO. [224.]

3. *El mismo Augusto á VITALIO.*—Si no pudiste ni prestar á personas solventes el dinero del pu-

(1) eos debere, omitelas el ms. Bg., siendo de aprobar; debere, omitela el ms. Gt.

(2) Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; vel curator, añaden Russ. y los demás; pero con el texto concuerda mejor la rubrica del título XXXVIII. 16. de las Bas.

(3) tutela, los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.; pero es de creer que se deba leer tutelam, regida de gerere, cuya conjetura se apoya en las Bas., que dicen: οὐτινες χειρίζεν ὄφελον τὴν ἐπιτροπήν.

(4) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal. Cont. 62.; eos, insertan las ed. Schf. Russ. Cont. 66. y las demás; pero con el texto las Bas.

(5) Los mms. Pist. Vat. Cas. Pl. 1., y la ed. Nbg.; Praesentano, el ms. Bg.; Crescentino, Hal. y los demás.

(6) Confirma el día el ms. Pist. en el cual fallan los cónsules.

(7) computari, el ms. Bg., Hal. Russ. Cont. 62., contra los antiguos mms. de Cont.

(8) Imp. Alex., los mms. Pist. Vat.

(9) nominibus, Russ. Cont. Char. al margen; cuya lectura sostiene que es preferible Cont. al margen; pero las Bas. también dicen, εὐπόροις προσώποις.

in emtionem possessionum convertere potuisti, non ignorabit iudex, usuras eius a te exigí non oportere.

PP. Id. April. MODESTO et PROBO Conss. [228.]

4. *Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. DITATIO (1) et (2) AURELIO.*—Pupillus agere vobiscum actione tutelae compelli non potest. Verum adversus futuram calumniam et ut (3), si quid ei debetis, cursus eius (4) inhibeatur usurarum, denuntiationibus frequenter interpositis ad iudicium eum provocate, ac si rem dissimulatione proferat, actis apud praesidem provinciae factis, voluntatis vestrae rationem declarate; quo facto tam vobis ipsis, quam securitati filiorum vestrorum consulētis. Quod et in curatoribus locum habet.

PP. III. Kal. Septemb. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

#### TIT. LVII

##### DE FIDEIUSSORIBUS TUTORUM VEL CURATORUM

1. *Imp. ALEXANDER A. FELICI (5).*—Eligere debes, utrum cum ipsis tutoribus vel curatoribus seu heredibus eorum, an cum his, qui pro ipsis se obligaverunt, agere debeas, vel (si ita malis) dividere actionem. Nam in solidum et cum reo et cum fideiussoribus agi iure non potest.

PP. X. Kal. Februar. IULIANO II. et CRISPINO Conss. [224.]

2. *Idem A. PRISCO.*—Non est ambigui iuris, electo reo et solvente fideiussorem liberari. Et ideo, si (6) simpliciter acceptus est fideiussor in id, quod tutor seu curator debiturus esset, quum proponas tutorem seu curatorem condemnatum solvisse, quid dubium est, fideiussorem liberatum esse? Plane, si stipulatio, rem salvam (7) fore, interposita est, vel cautum est in id, quod a tutore seu curatore servari non potest, manet fideiussor obligatus ad supplendam tibi indemnitate.

PP. VII. Kal. August. FUSCO II. et DEXTRO Conss. [225.]

#### TIT. LVIII

##### DE CONTRARIO IUDICIO TUTELAE (8)

1. *Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. STRATON.*—Si pro iudicato cotutore pecuniam solvisti, nullum iudicium tibi contra pupillum competit, ut delegetur tibi adversus liberatum actio. Quodsi

(1) Vultatio, el ms. Pl. 1.; Vitalio, otros.  
 (2) Ditatio et, omitenlas los mms. Cas. Vat. Bg.  
 (3) Los mms. Pl. 2. Bg., y la ed. Schf.; ut, omitiendo et, Hal. Bk.; ut et, el ms. Pl. 1., y las ed. Nbg. Russ. y las demás.  
 (4) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Nbg.; eius cursus, Hal.; eius, omitenla las ed. Schf. Russ. y las demás.

pilo, ni invertirlo en la compra de posesiones, no ignorará el juez que no se te deben exigir los intereses.

Publicada los Idus de Abril, bajo el consulado de MODESTO y de PROBO. [228.]

4. *Los Emperadores DIOCLECIANO y MAXIMIANO, Augustos y Césares, á DITACIO y á AURELIO.*—El pupilo no puede ser compelido á ejercitar contra vosotros la acción de tutela. Pero para contrarrestar la futura calunnia, y para que si algo le debéis se interrumpa el curso de sus intereses, citadlo á juicio habiendo presentado frecuentes citaciones, y si con disimulo difiriese la cosa, declarad la razón de vuestra voluntad, habiéndose levantado actas ante el presidente de la provincia; con cuyo hecho miraréis tanto por vosotros mismos, como por la seguridad de vuestros hijos. Lo que tiene lugar también respecto á los curadores.

Publicada en Sirmio á 3 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

#### TÍTULO LVII

##### DE LOS FIADORES DE LOS TUTORES Ó DE LOS CURADORES

1. *El Emperador ALEJANDRO, Augusto, á FÉLIX.*—Debes elegir, si deberás ejercitar la acción contra los mismos tutores ó curadores ó sus herederos, ó contra los que por ellos se obligaron, ó (si así lo prefirieses) dividir la acción. Porque no se puede en derecho ejercitar acción solidariamente contra el deudor y contra los fiadores.

Publicada á 10 de las Calendas de Febrero, bajo el segundo consulado de JULIANO y el de CRISPINO. [224.]

2. *El mismo Augusto á PRISCO.*—No es de dudoso derecho, que, habiéndose elegido al deudor y siendo solvente, queda libre el fiador. Y por tanto, si el fiador fué aceptado simplemente para lo que el tutor ó el curador hubiese de deber, puesto que expones que condenado pagó el tutor ó el curador, ¿qué duda hay de que el fiador quedó libre? Pero, á la verdad, si se interpuso estipulación de que quedarían á salvo los bienes, ó se dió caución para lo que no se puede recobrar del tutor ó del curador, queda el fiador obligado á suplirte la indemnidad.

Publicada á 7 de las Calendas de Agosto, bajo el segundo consulado de FUSCO y el de DEXTRO. [225.]

#### TÍTULO LVIII

##### DE LA ACCIÓN CONTRARIA DE TUTELA

1. *Los Emperadores SEVERO y ANTONINO, Augustos, á STRATON.*—Si pagaste una cantidad por tu cotutor condenado, no te compete ninguna acción contra el pupilo para que se te delegue la acción

(5) Felici, omitenla los mms. Cas. Vat. Bg.  
 (6) ideo etsi, Hal.  
 (7) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal. Cont. 62.; pupillo, insertan las ed. Schf. Russ. Cont. 66. y las demás.  
 (8) tutelae, omitenla los mms. Cas. Vat. Bg., y la ed. Schf.

nomen emisti, in rem suam (1) procurator datus heredes iudicati poteris convenire.

PP. VII. Kal. Mart. FABIANO et MUCIANO Conss. [201.]

2. *Imp. ANTONINUS A. PRIMITIVO.*—Si non ex propria culpa solus pupillae condemnatus es, sed absens et indefensus acquievisti, quum ex causa iudicati satisfacere coeperis, actiones adversus contutores tuos mandari tibi a pupilla desiderabis, vel utili actione uteris.

PP. II. Id. Octob. duobus (2) ASPRIS Conss. [212.]

3. *Impp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. (3) THESIDI.*—Si pater tuus, quem privigni sui tutelam administrasse proponis, testamento recte facti, pupillo etiam quondam suo herede instituto, decessit, quoniam non nisi pro portione hereditaria tutelae petitionem confusione constet exstingui, pro residua parte succedentem patri tutelae te convenit apud competentem iudicem reddere rationem; qui secundum bonam fidem, eorum etiam, quae patrem tuum in rem eius (4) erogasse dicis, admissa compensatione, reliqui (5), si quid amplius debetur, faciet condemnationem. Quodsi sciens, amplius in rem suam erogatum, agendum propterea tutelae non putaverit, eum contrario iudicio convenire potes.

S. XVIII. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294—305.]

## TIT. LIX

### DE AUCTORITATE PRAESTANDA

1. *Impp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. ANTONIANO (6).*—Neque tutoris neque curatoris absentia quidquam stipulationi pro (7) pupillo (8) habitae nocet.

Sine die et Conss. (9) [293—304.]

2. *Idem AA. et CC. SERENAE.*—Neque actiones, sine tutoris auctoritate, in aetate pupillari constituta remittendo quidquam amittere poteris.

S. XVII. Kal. Mai. Caess. Conss. [294—305.]

3. *Idem AA. et CC. GAIO (10).*—Eum, qui a pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit, longi temporis spatium non defendit.

S. III. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

4. *Imp. IUSTINIANUS A. IOANNI (11) P. P.*—Cla-

ción contra el que quedó libre. Pero si compraste el crédito, podrás demandar como procurador nombrado para negocio propio á los herederos del condenado.

Publicada á 7 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de FABIANO y de MUCIANO. [201.]

2. *El Emperador ANTONINO, Augusto, á PRIMITIVO.*—Si tú solo fuiste condenado á favor de tu pupila no por culpa propia, pero ausente é indefenso lo consentiste, cuando hubieres comenzado á pagar por causa de lo juzgado, pretenderás que se te cedan por la pupila contra tus cotutores las acciones, ó usarás de la acción útil.

Publicada á 2 de los Idus de Octubre, bajo el consulado de los dos ASPROS. [212.]

3. *Los Emperadores DIOCLECIANO y MAXIMIANO, Augustos y Césares, á TESIDES.*—Si tu padre, que expones que administró la tutela de su hijastro, falleció habiendo hecho debidamente testamento y también habiendo instituido heredero al que fué su pupilo, como es constante que la demanda de la tutela no se extingue por la confusión sino en cuanto á la porción hereditaria, conviene que al suceder á tu padre rindas respecto á la parte restante cuenta de la tutela ante el juez competente; el cual, admitida conforme á la buena fe la compensación también de lo que dices que tu padre gastó en cosa de aquél, hará la condenación en cuanto al resto, si se debe alguna cosa más. Pero si sabiendo que se gastó más para cosa propia no hubiere creído que se había de ejercitar por lo mismo la acción de tutela, puedes demandarle con la acción contraria.

Sancionada á 18 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

## TÍTULO LIX

### DE LA AUTORIZACIÓN QUE SE HA DE PRESTAR

1. *Los Emperadores DIOCLECIANO y MAXIMIANO, Augustos y Césares, á ANTONIANO.*—Ni la ausencia del tutor ni la del curador perjudica cosa alguna á la estipulación hecha en pro del pupilo.

Sin día y sin consul. [293—304.]

2. *Los mismos Augustos y Césares á SERENA.*—Ni remitiendo, hallándote en la edad pupilar, las acciones sin la autorización del tutor, podrás perder cosa alguna.

Sancionada á 17 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

3. *Los mismos Augustos y Césares á GAYO.*—Al que le compró á un pupilo, que vendía sin la autoridad del tutor, no le ampara el espacio de un largo tiempo.

Sancionada á 3 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

4. *El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á JUAN,*

(1) tuam, las ed. Schf. Bk.; Russ. Cont. al margen, contra nuestros códices.

(2) et, insertan Hal. y los demás excepto Bk.

(3) Bk.; et CC., omiten las Hal. y después los demás; Id. AA. [et] CC., los mms. Cas. Bg.; Id. A., et ms. Pl. 1.; Imp. Theodos., Cont. al margen.

(4) in rem eius, omiten el ms. Pl. 2.

(5) et reliqui, las ed. Nbg. Hal.

(6) Antonino, otros.

(7) pro, omiten el ms. Pl. 2. y el ms. Gt. antes de la corrección.

(8) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y las ed. Schf. Hal., Cuyacio en Recitall. del Cód. en la ley 7. VIII. 38.; vel adulto, insertan las ed. Nbg. Russ. y las demás.

(9) El ms. Veron.; Sine die AA. Conss., los demás.

(10) Así en nuestros códices; Calo, otros.

(11) Iuliano, et ms. Cas.

rum posteritati facientes, sancimus, omnimodo (1) debere et agentibus et pulsatis in criminalibus causis minoribus viginti quinque annis adesse tutores vel curatores, in quibus casibus adultos (2) et pupillos leges accusari concedunt, quum cautius et melius est (3), cum suasionem perfectissima et responsa facere minores litemque inferre, ne ex sua imperitia vel iuvenili calore aliquid vel dicant vel taceant, quod, si fuisset prolatum vel non expressum, prodesse eis poterat et a deteriore calculo eos eripere.

Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

5. *Idem A. IOANNI P. P.*—Veterem dubitationem amputantes, per quam testamentarii quidem vel per inquisitionem dati tutoris et (4) unius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diversis regionibus destinati, legitimi autem vel simpliciter dati omnes consentire compellantur, sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, sive in testamento paterno sive ex lege vocati, sive a iudice vel ex inquisitione vel simpliciter dati, et (5) unius tutoris auctoritatem pro (6) omnibus tutoribus sufficere, ubi non (7) divisa est administratio vel pro regionibus vel pro substantiae partibus; ibi etenim necesse est singulos pro suis partibus vel regionibus auctoritatem pupillo praestare, quia in hoc casu non absimiles esse testamentariis et per inquisitionem datis legitimis et simpliciter datos iubemus, eo quod fideiussionis onere praegravantur, et subsidiariae actionis administratio speratur. Sed haec omnia ita accipienda sunt, si non res, quae agitur, solutionem faciat ipsius tutelae, utputa si pupillus in arrogationem se dare (8) desiderat. Etenim absurdum est, solvi tutelam nec (9) consentiente, sed forsitan (10) ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus. Tunc etenim, sive testamentarii, sive per inquisitionem dati, sive legitimi, sive simpliciter creati sunt, necesse est omnes suam auctoritatem praestare, ut, quod omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur. Quae omnia simili modo et in curatoribus observari oportet.

Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

### TIT. LX

#### QUANDO TUTORES VEL CURATORES ESSE DESINANT

1. *Imp. ALEXANDER A. HERNULAE* (11).—Si curatores tutoribus adiuncti sunt, pubertate pupilli tam tutorum quam curatorum adiunctorum officium finiri, ideoque alios propter aetatis in-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.; omnino, las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(2) *adultos, omítela el ms. Gt., Cont. 62.; adultos et, falta en todas sus cód., según dice Russ. al margen.*

(3) *sit, Hal. y después los demás.*  
(4) *et, falta en el ms. Pl. 2., y en las ed. Nbg. Hal. Russ., desaprobándolo Russ. al margen.*

(5) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.; et, omítela Russ. Cont. 66, y después los demás; ei, inserta el ms. Pl. 2.*

*Prefecto del Pretorio.*—Aclarando este punto á la posterioridad, mandamos, que en las causas criminales deban de todos modos asistirles tutores ó curadores á los menores de veinticinco años, tanto acusadores como acusados, en los casos en que conceden las leyes que los adultos y los pupillos sean acusados, porque es más cauto y mejor que con muy prudente consejo den los menores su contestación y promuevan un litigio, á fin de que por su impericia ó por su calor juvenil no digan ó callen alguna cosa, que, si se hubiese manifestado, ó no se hubiese dicho, podía aprovecharles y librarlos de la sentencia.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Marzo, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

5. *El mismo Augusto á JUAN, Prefecto del Pretorio.*—Desterrando la antigua duda, en virtud de la que bastaba ciertamente la autoridad de un solo tutor testamentario ó dado mediante investigación, aunque hubiera muchos, mas no destinados á diversas regiones, pero eran compelidos á consentir todos los legítimos ó los dados simplemente, mandamos, que si hubieren sido nombrados muchos tutores, llamados ora en el testamento del padre, ora por la ley, ora nombrados por el juez ó en virtud de investigación ó simplemente, que baste por todos los tutores la autorización de un solo tutor, cuando no fué dividida la administración ó por regiones, ó para parte de los bienes; porque entonces es necesario que cada uno le preste al pupilo su autorización respecto á sus partes ó regiones, porque mandamos que en este caso no sean desemejantes de los testamentarios y de los dados en virtud de investigación los legítimos y los simplemente dados, porque están gravados con la carga de la fianza, y se espera el recurso de la acción subsidiaria. Pero todo esto se ha de admitir así, si la cosa de que se trata no constituyese la disolución de la misma tutela, por ejemplo, si el pupilo desea darse en arrogación. Porque es absurdo que se disuelva la tutela no consintiéndolo y aun acaso ignorándolo el que había sido nombrado tutor. Porque entonces, ora si fueron testamentarios, ora si nombrados en virtud de información, ora si legítimos, ora si nombrados simplemente, es necesario que todos presten su autorización, á fin de que lo que á todos igualmente toca por todos se apruebe. Todo lo cual se debe observar de igual modo también respecto á los curadores.

Dada en Constantinopla las Calendas de Septiembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

### TÍTULO LX

#### DE CUÁNDO LOS TUTORES Ó LOS CURADORES DEJARÁN DE SERLO

1. *El Emperador ALEJANDRO, Augusto, á HERNULA.*—Si se nombraron curadores adjuntos para los tutores, es evidentísimo que con la pubertad del pupilo se extingue el cargo así de los tutores

(6) *pro, falta en el ms. Gt., en las ed. Schf. Cont. 62., y en todos los mms. de Russ. excepto uno.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.; nondum, las ed. Schf. Cont. 66. y las demás.*

(8) *dari, el ms. Pl. 1.*  
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; non, las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(10) *et, insertan los mms. Bg. Gt., y la ed. Schf.*

(11) *Hermillae, Herminiae, algunos mms.*

firmitatem curatores esse dandos, manifestissimum est.

PP. IV. Kal. August. Romae, ANTONINO A. IV. et BALBINO Conss. [213.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. MENIPPO (1).—Tutoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri, certissimum est.

S. XIII. Kal. Februar. Caess. Conss. [294—305.]

3. *Imp.* IUSTINIANUS A. MENNAE P. P.—Indecoram observationem in examinanda marium pubertate resecentes, iubemus: quemadmodum feminae post impletos duodecim annos omnimodo pubescere (2) iudicantur, ita et mares post excessum quatuordecim annorum puberes existimentur (3), indagacione corporis inhonesta cessante.

Dat. VIII. Id. April. Constantinop. DECIO V. C. Conss. [529.]

## TIT. LXI

DE ACTORE A TUTORE SEU CURATORE DANDO

[1.] *Imp.* ALEXANDER A. SEBASTIANO.—Neque tutores neque curatores ex sua persona in rem pupilli vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent. Pupillus autem vel pupilla, adultus vel adulta tam ad agendum quam ad defendendum, tutore seu curatore interveniente, procuratorem ordinare possunt. Ipsi etiam tutores et curatores post litis contestationem a se factam, ad exemplum procuratorum, qui litem contestati sunt, dare procuratores non prohibentur.

PP. prid. Id. Mai. ALEXANDRO A. III. et DIONE Conss. [229.] (4).

1. [2.] *Impp.* DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. ALPHOCRACIONI (5).—Si sui iuris constituti filii tui matri successerunt, licet te tutorem eorum esse probetur, tamen non per procuratorem, sed (6) actorem decreto constitutum a te res eorum, te absente, peti convenit.

S. Non. Ianuar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

## TIT. LXII

DE EXCUSATIONIBUS (7) ET (8) TEMPORIBUS EARUM (9)

1. *Impp.* SEVERUS et ANTONINUS AA. AVIOLAE.

- (1) *Mompo*, el ms. Pl. 1.; *Meompo*, *Meompto*, otros.  
 (2) *puberes*, el ms. Pl. 2., y las ed. *Nbg. Hal. Russ. Cont.* 62; contra todos los mms. de *Russ.*  
 (3) *existent*, el ms. *Bg.*; *aestimentur*, la ed. *Schf.*  
 (4) *Este título tiene en todos los mms. y ed., excepto en la de Bl., una sola constitución, ó sea la segunda. Si sui iuris. Pero la primera fué sin duda suprimida por los glosadores.*  
 (5) *Alphocratori*, otros.

como de los curadores adjuntos, y que por lo tanto se han de nombrar otros curadores por razón de la debilidad de la edad.

Publicada en Roma á 4 de las Calendas de Agosto, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

2. *Los Emperadores DIOCLECTIANO y MAXIMIANO, Augustos y Césares, á MENIPPO.*—Es muy cierto que no se extingue el cargo del tutor por la sola voluntad del pupilo.

Sancionada á 13 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

3. *El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á MENNA, Prefecto del Pretorio.*—Abolviendo la indecorosa práctica observada para examinar la pubertad de los varones, mandamos: que así como se juzga que las mujeres son en todos casos púberes después de cumplidos los doce años, así también se consideren púberos los varones después del transcurso de los catorce años, desapareciendo la deshonesta inspección de su cuerpo.

Dada en Constantinopla á 8 de los Idus de Abril, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

## TÍTULO LXI

DEL ACTOR QUE SE DEBE NOMBRAR POR EL TUTOR Ó POR EL CURADOR

[1.] *El Emperador ALEJANDRO, Augusto, á SEBASTIAN.*—Ni los tutores ni los curadores pueden nombrar por sí mismos procurador para cosa del pupilo, ó del adolescente, sino que deben constituir un actor. Pero el pupilo ó la pupila, adulto ó adulta, pueden nombrar un procurador así para ejercitar acción como para defenderse, interviniendo el tutor ó el curador. Tampoco se les prohíbe á los mismos tutores y curadores después de la contestación dada á la demanda por ellos, que, á la manera que los procuradores, que contestaron la demanda, nombren procuradores.

Publicada á 1 de los Idus de Mayo, bajo el tercer consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de DION. [229.]

1. [2.] *Los Emperadores DIOCLECTIANO y MAXIMIANO, Augustos y Césares, á ALFOCRACION.*—Si constituidos de propio derecho tus hijos les sucedieron á su madre, aunque se pruebe que tu eres su tutor, conviene, sin embargo, que hallándote ausente se pidan las cosas de ellos no por medio de procurador, sino de actor constituido por tí en virtud de decreto.

Sancionada en Sirmio las Nonas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

## TÍTULO LXII

DE LAS EXCUSAS Y DE SUS TÉRMINOS

1. *Los Emperadores SEVERO y ANTONINO, Au-*

- (6) *per*, inserían el ms. Pl. 2., y las ed. *Nbg. Schf. Bl.*  
 (7) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gl., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Cont. 62.; tutorum et curatorum, añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás.*  
 (8) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Schf. Cont. 62.; de, inserían Hal. en la nota y los demás.*  
 (9) *et tempor. ear., omítelas la ed. Nbg., Hal. en el texto.*

—Falsa suasionem credis te propterea, quod spado sis, immunitatem a tutelis habere.

PP. Kal. Mai. CHILONE et LIBONE Conss. [204.]

2. *Idem* AA. HABENTIANO (1) et COSCONIO.—Si curatores dati estis generaliter, nec decreto significatum est, Italicarum tantum rerum vobis munus iniunctum (2), adire debetis competentem iudicem, ut vos a provinciali administratione liberet. Quod si factum fuerit, petent sibi in provincia curatores adolescentes.

PP. VIII. Kal. Septemb. CHILONE et LIBONE Conss. [204.]

3. *Idem* AA. CRISPINO.—Excusationis quidem tuae, si ingenuus libertino tutor datus es, certa causa est. Sed quum te praeses provinciae audiendum non putaverit propter praescriptionem, quasi tardius adires, nec a decreto provocaveris, intelligis, parendum esse sententiae.

PP. Id. Mart. ALBINO et AELIANO (3) Conss. [206.]

4. *Imp.* ANTONINUS A. AGATHODAEMONI.—Amplissimi ordinis consulto, qui pupillam suam uxorem ducit, nuptias contrahere non intelligitur, et tamen infamis constituitur. Sed si tu Demetriae, quum eam in matrimonio haberes, absens et ignorans curator constitutus es, potes esse securus, dum tamen alius substituatur. Non enim (4) debet ignorantia maritorum amplissimi ordinis consulto fraus quaeri.

PP. XI. Kal. Iul. SABINO (5) et [AEMILIANO (6)] Conss.

5. *Imp.* ALEXANDER A. BASILIO (7).—Libertos a tutela vel cura liberorum patroni seu patronae nullam excusationem impetrare (8), amplissimus ordo, auctore divo Marco, consuit. Et ideo nec illud eis prodesse debet, quominus curatores etiam inviti patroni seu patronae liberis dentur, quod eorundem tutelam administraverunt.

6. *Idem* A. MAXIMIANO.—Quinquaginta dies, qui praefiniti sunt ad professionem excusationis his, qui tutores seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum praetoris aut testamentum parentis notum factum erit (9) ei, qui ad munus vocatus fuerit, ipsa constitutio, quae hoc induxit, sanxit. Sed si quis in eius temporis computatione ab eo, cuius de ea re notio fuit (10), iniuriam passus non provocavit, acquiescere rebus iudicatis debet.

(1) Abentiano, la mayor parte de los mms. Véase Cuyacio Obs. XV. 3.

(2) adiunctum, los mms. Pl. 1. 2. Dg., y la ed. Nbg.

(3) Aemiliano, según los fastos.

(4) tamen, la ed. Nbg.

(5) II., añaden Cont. 62. Bk.

(6) Este nombre es seguramente falso, y aquí debe corregirse leyendo ó Messala et Sabino [214.], ó, lo que es más verosímil, y escriben Cont. al margen y Bk. en el texto, Sab. et Anulino [216.]

*gustos, á AVIOLA.*—Falsamente persuadido crees que porque seas espadón tienes inmunidad en cuanto á las tutelas.

Publicada las Calendas de Mayo, bajo el consulado de QUILÓN y de LIBÓN. [204.]

2. *Los mismos Augustos á HABENCIANO y á COSCONIO.*—Si fuisteis nombrados curadores en términos generales, y no se consignó en el decreto que se os impuso el cargo solamente respecto á los bienes de Italia, debéis dirigiros al juez competente para que os exima de la administración de los de provincia. Y si esto se hubiere hecho, los adolescentes pedirán para sí curadores en la provincia.

Publicada á 8 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de QUILÓN y de LIBÓN. [204.]

3. *Los mismos Augustos á CRISPINO.*—Hay cierta justa causa para tu excusa, si siendo ingenuo fuiste nombrado tutor de un libertino. Pero cuando el presidente de la provincia no juzgare que se te debía oír por causa de prescripción, como si tardíamente te dirigieses á él, y no hubieres apelado del decreto, ten entendido que se há de cumplir la sentencia.

Publicada los Idus de Marzo, bajo el consulado de ALBINO y de ELIANO. [206.]

4. *El Emperador ANTONINO, Augusto, á AGATODEMÓN.*—Por Senadoconsulto de la muy alta corporación, el que toma por mujer á su pupila no se entiende que contrae nupcias, y no obstante se hace infame. Pero si hallándote ausente é ignorándolo fuiste nombrado curador de Demetria, teniéndola en matrimonio, puedes estar seguro, con tal, sin embargo, que se nombre otro. Porque la ignorancia de los maridos no debe ser perseguida como fraude contra el Senadoconsulto de la muy alta corporación.

Publicada á 11 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de SABINO y de EMILIANO.

5. *El Emperador ALEJANDRO, Augusto, á BASILIO.*—La muy alta corporación decretó á propuesta del Divino Marco, que los libertos no impetrasen excusa alguna de la tutela ó de la curatela de los hijos del patrono ó de la patrona. Y por lo tanto, tampoco debe aprovecharles para que no sean nombrados aun contra su voluntad curadores de los hijos de su patrono ó patrona el haber administrado la tutela de los mismos.

6. *El mismo Augusto á MAXIMIANO.*—La misma constitución que introdujo esto sancionó, que los cincuenta dias, que se les prefijaron para la exposición de su excusa á aquellos que fueron nombrados tutores ó curadores, corren desde el día en que hubiere sido notificado el decreto del pretor ó el testamento del ascendiente al que hubiere sido llamado al cargo. Pero si habiendo sufrido alguno en el cómputo de este tiempo injusticia por parte de aquél á quien correspondió el conocimiento de este asunto no apeló, debe aquietarse con la cosa juzgada.

(7) Bassiae, Bezinc, la mayor parte de los mms.; Albino, otros.

(8) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.; vel spectare posse, inserta la ed. Schf.; posse, insertan Russ. y los demás.

(9) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; fuerit, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

(10) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; fuerit, las ed. Nbg. Hal. y las demás.

PP. III. Non. Mai. IULIANO II. et CRISPINO  
Conss. [224.]

7. *Idem A. ANTONIO.*—Neque a tutela neque a cura ideo quis excusatur, quod creditor sive debitor eius est, cui tutor sive curator datus est, sed participem in munere habere debet, ut (si res exegerit) is, qui alieno auxilio eget, defendatur.

PP. III. Id. Iul. IULIANO II. et CRISPINO Conss.  
[224.]

8. *Idem A. MAXIMO.*—Coloni, id est (1) conductores praediorum ad fiscum pertinentium, hoc nomine excusationem a muneribus civilibus non habent, ideoque iniunctae tutelae munere fungi debent.

PP. IV. Kal. Februar. FUSCO et DEXTRO Conss.  
[225.]

9. *Idem A. ROMANO.*—Frater tuus non ideo a tutela vel cura excusari debet, quod oculum amisit. Proinde intelligis, munus susceptum eum deserere non posse.

PP. Kal. Februar. MODESTO et PROBO Conss.  
[228.]

10. *Idem A. CRISPINO.*—Exactores tributorum tanto tempore, quanto rationem tributariam (2) tractaverint, non solum ab oneribus, sed etiam a tutelae vacationem habere, dubitare non debuisti.

Dat. Id. August. ALEXANDRO A. III. et DIONE  
Conss. [229.]

11. *Idem A. HYLAE.*—Testamento tutor datus, ut a bonis his excuseris (3), quae pupilli tui in alia provincia, quam unde es ubique moraris, possident, intra quinquagesimum diem postulare debuisti. Quod si facere cessasti, excusatio quidem temporis praescriptione summovetur, sed propter late diffusum patrimonium an tibi adiungi aliquos curatores oporteat, praeses provinciae, si te insufficientem deprehenderit, aestimabit (4).

PP. VIII. Id. Decembr. POMPEIANO et PELIGNO  
Conss. [231.]

12. *Imp. GORDIANUS A. VALENTINO* (5).—Voluntaria (6) tutelae munera privilegii nihil derogant.

PP. XI. Kal. Novemb. PIO et PONTIANO Conss.  
[238.]

13. *Idem A. APOLLINARI.*—Nec (7) senatorum quidem liberti, nedum (8) ceterorum, propterea, quia patronorum negotia gerunt, a muneribus civilibus habent immunitatem. Tantummodo etenim unus senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, a tutela sive cura vacationem habet.

PP. X. Kal. Februar. GORDIANO A. et AVIOLA  
Conss. [239.]

Publicada á 3 de las Nonas de Mayo, bajo el segundo consulado de JULIANO y el de CRISPINO.  
[224.]

7. *El mismo Augusto á ANTONIO.*—No se excusa uno ni de la tutela ni de la curatela porque es acreedor ó tutor de aquél para quien fué nombrado tutor ó curador, pero debe tener un copartícipe en el cargo, para que (si el caso lo exigiere) sea defendido el que necesita del auxilio ajeno.

Publicada á 3 de los Idus de Julio, bajo el segundo consulado de JULIANO y el de CRISPINO.  
[224.]

8. *El mismo Augusto á MÁXIMO.*—Los colonos, esto es, los arrendatarios de predios pertenecientes al fisco, no tienen por este título excusa de las cargas civiles, y por lo tanto deben desempeñar el cargo de la tutela impuesta.

Publicada á 4 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de FUSCO y de DEXTRO. [225.]

9. *El mismo Augusto á ROMANO.*—Porque haya perdido un ojo no debe excusarse tu hermano de la tutela ó de la curatela. Por consiguiente, ten entendido que no puede abandonar el cargo recibido.

Publicada las Calendas de Febrero, bajo el consulado de MODESTO y de PROBO. [228.]

10. *El mismo Augusto á CRISPINO.*—No debiste dudar que los recaudadores de tributos tienen exención no solamente de cargos, sino también de las tutelas por tanto tiempo cuanto hubieren manejado las cuentas de los tributos.

Dada los Idus de Agosto, bajo el tercer consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de DION. [229.]

11. *El mismo Augusto á HILA.*—Nombrado tutor en testamento, para que seas excusado de la administración de los bienes que tus pupilos poseen en otra provincia distinta de la que eres y de aquella en que moras, debiste pedirlo dentro de los cincuenta días. Y si dejaste de hacerlo, la excusa es ciertamente repelida con la prescripción del tiempo; mas el presidente de la provincia estimará si por hallarse muy extendido el patrimonio se te deban nombrar algunos curadores adjuntos, si hallare que eres insuficiente.

Publicada á 8 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de POMPEYANO y de PELIGNO. [231.]

12. *El Emperador GORDIANO, Augusto, á VALENTINO.*—Los cargos voluntarios de una tutela en nada perjudican á privilegios.

Publicada á 11 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de PIO y de PONCIANO. [238.]

13. *El mismo Augusto á APOLINAR.*—Ciertamente que ni los hijos de los senadores, ni los de los demás, tienen, por el hecho de que administran los negocios de sus patronos, inmunidad de los cargos civiles. Porque únicamente un solo liberto de un senador, que administra los negocios de su patrono, tiene exención de la tutela ó de la curatela.

Publicada á 10 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

(1) Coloni idem, *el vs. Bg.*; Col. vel, *el ms. Pl. 2.*

(2) tributariam, *la ed. Schf.*

(3) *Los mms. Pl. 2. Bg., y el ms. Pl. 1. antes de la corrección; excusareris, las ed.*

(4) examinabit, *el ms. Pl. 2.*

(5) Valenti, Valentiniano, *algunos mms.*

(6) *Los mms. Pl. 1. Gl., Hal.; Voluntariae, los mms. Pl. 2. Bg., y las demás ed.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf.; Ne, Hal. y los demás; Oûdê, el Schol. Bas.*

(8) neque, *el ms. Pl. 2., Hal.*

14. *Idem A. HERACLIDAE.*—Severiter praeses provinciae exsequetur, si animadverterit, avunculum tuum propterea nominari tutorem, ut metu huiusmodi creationis a magistratibus iniuriam reddimat. Quin etiam (1) si aliqua ei excusatio competit, et non alia causa nominatus est, quam ut lite fatigetur (2), quod in ea re (3) assumptum (4) fuerit, is, qui eum nominavit, iuxta formam constitutionum ei reddere cogetur.

PP. Id. Septemb. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

15. *Idem A. TAURO.*—Quamquam in tutela detentus, eo, quod excusatio, quam obiciebas, non est admissa, provocationis auxilium flagitares (5), et in medio tempore hi, quorum meministi, in adulta aetate agere coeperunt (6), tamen non eo minus causa interpositae provocationis propter periculum administrationis eius temporis iudiciorum more examinanda est.

PP. VIII. Kal. Novemb. ARIANO et PAPPO Conss. [243.]

16. *Imp. PHILIPPUS A. THEODOTO* (7).—Si, ut allegas, tutor his datus es, cum quibus disceptationem hereditatis tibi esse proponis, et tempora antiquitus excusationibus praestituta (8) etiam nunc opitulatur, adire praesidem provinciae potes, formae super ea re (9) statutorum principum obtemperari pro sua gravitate iussurum.

PP. X. Kal. August. PEREGRINO et AEMILIANO Conss. [244.]

17. *Imp. GALLIENUS et VALERIANUS AA.* (10) EPAGATHO.—Licet orationis sub divo Marco habitae verba deficient, is tamen, qui post contractas nuptias nurui suae curator datur, excusare se debet, ne manifestam (11) sententiam eius offendat, et labem pudoris contrahat.

Dat. VI. Id. Ianuar. VALERIANO II. et LUCILO (12) Conss. [265.]

18. *Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. SABINO* (13).—Tutores (14) nominatos appellationem interponere necesse non habere, certissimi iuris est. Quapropter, licet non appellasti, si quam te excusationem habere confidis, intra tempus, quod divi Marci constitutione praescriptum est, hac apud praesidem provinciae uti non prohiberis. Nam quod omnium bonorum patrem pupilli usumfructum reliquisse quondam uxori suae proponis, ad excusandos vos a tutela non est idoneum.

Dat. Non. April. Caess. Conss. [294.]

14. *El mismo Augusto á HERACLIDA.*—El presidente de la provincia procederá con severidad, si advirtiere que tu tío materno es nombrado tutor para que por miedo á semejante nombramiento compre de los magistrados el librarse de la injusticia. Porque además, si le compete alguna excusa, y no fué nombrado por otra causa, sino para que se molestase con un pleito, el que lo nombró será obligado con arreglo á las constituciones á devolverle lo que en este negocio se hubiere perdido.

Publicada los Idus de Septiembre, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

15. *El mismo Augusto á TAURO.*—Aunque retenido en la tutela, porque no fué admitida la excusa que oponias, solicitases el auxilio de la apelación, y durante el tiempo intermedio comenzaron á ser de edad aquellos de quienes hiciste mención, sin embargo, no por eso no se ha de examinar según las costumbres de los juicios por virtud de la responsabilidad de este tiempo la causa de la apelación interpuesta.

Publicada á 8 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de ARIANO y de PAPO. [243.]

16. *El Emperador FILIPO, Augusto, á TEODOTO.*—Si, como alegas, fuiste nombrado tutor de aquellos con quienes, según expones, tienes contienda sobre la herencia, y te favorecen todavía los términos de antiguo prefijados para las excusas, puedes dirigirte al presidente de la provincia, que mandará conforme á su autoridad que se obedezca en este punto á la disposición de las resoluciones de los príncipes.

Publicada á 10 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de PEREGRINO y de EMILIANO. [244.]

17. *Los Emperadores GALIENO y VALERIANO, Augustos, á EPAGATO.*—Aunque falten las palabras de la oración hecha en tiempo del Divino Marco, sin embargo, el que después de contraídas las nupcias es nombrado curador de su nuera, debe excusarse, para que no ofenda la manifiesta resolución de aqueella, y manche su propio pudor.

Dada á 6 de los Idus de Enero, bajo el segundo consulado de VALERIANO y el de LUCILO. [265.]

18. *Los Emperadores DIÓCLECIANO y MAXIMIANO, Augustos y Césares, á SABINO.*—Es de muy cierto derecho, que los nombrados tutores no tienen necesidad de interponer apelación. Por lo cual, aunque no apelaste, si confías en que tienes alguna excusa, no se te prohíbe utilizarla ante el presidente de la provincia dentro del tiempo que se prescribió en la constitución del Divino Marco. Porque lo que expones, que el padre del pupilo le dejó á la que fué su mujer el usufruto de todos los bienes, no es suficiente para que os hayáis de excusar de la tutela.

Dada las Nonas de Abril, bajo el consulado de los Césares. [294.]

(1) etiam, omitela Hal.  
(2) ut litigetur, et ms. Pl. 1. antes de la emienda, Hal.; pero muestra lectura concuerda mejor con las Bas.  
(3) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal.; in eam rem, las ed. Schf. Russ. y las demás contra todos los mms. de Russ.  
(4) assumptum, las ed. Nbg. Schf.; adsumptum, Hal.; και ὁ ἐπίτροπος—δικανήματα ἐποίησε, las Bas.  
(5) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.; flagitaveris, las ed. Nbg. Hal. y las demás.  
(6) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal.; coeperint, las ed. Schf. Russ. y las demás.

(7) Theodoro, la mayor parte de los mms.  
(8) praestita, et ms. Bg., y la ed. Nbg.  
(9) re, omiten los mms. Pl. 1. Bg. Gl., Hal. Russ. Cont. 62.  
(10) Imp. Val. et Gall. AA., los mms. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.; Imp. Gall. et Val. et Gallicanus AAA., Cont. 62.  
(11) manifieste, Hal., concordando mejor con las Bas.  
(12) Luciano, Hal. y los demás excepto Bk., que escribe Lucilio. Véase la nota correspondiente de la ley 3. C. V. 44.  
(13) Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.; et alii, añaden Hal. y los demás.  
(14) Curatores, Russ. al margen.

**19. Idem AA. et CC. DIONYSIO.**—Inusitatum rem desideras, de tutela filii (1) te dimitti postulans, quod te posse contrario tutelae iudicio matrem eius convenire contendis.

Sine die et consule.

